Universitätsbibliothek Paderborn

# Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum homo debeat conteri de pœnis, & non solum de culpa? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

Visual Library

haritatem conſequantur: vt in 3. lib. dictum eſt *. ** Tho. in*
nde antequam gratia infundatur, non eſt habitus à *3. d. 27.*
uo actus contritionis poſtea elicitur. Et ſic nullo *q. 2. art.*
nodo attritio poteſt fieri contritio, & hoc alia opi- *vlt. q. 3.*
io dicit.

Ad primum ergo dicendum, quòd non eſt ſimile
e fide, & contritione, vt dictum eſt *. *in corp. art.*

Ad ſecundum dicendum, quòd remota priuatione
materia, quæ manet perfectione adueniente, forma-
ur materia illa: ſed dolor ille qui erat informis, non
nanet charitate adueniente, & ideò formari non po-
eſt. Vel dicendum quòd materia eſſentialiter non
abet originem à forma: ſicut actus habet originem
b habitu quo formatur. Vnde non eſt inconueniens
nateriam informari aliqua forma de nouo, qua prius
on informabatur. Sed hoc de actu eſt impoſſibile, ſi-
ut impoſſibile eſt, quòd aliquid idem numero oria-
ur à principio, à quo prius non oriebatur: quia res
emel tantum in eſſe producitur.

## QVÆST. II.

### *De contritionis obiecto, in ſex articulos diuiſa.*

DEinde conſiderandum eſt de obiecto contri-
tionis.

¶ Circa quod quæruntur ſex.

Primo, vtrum debeat homo conteri de pœnis?

Secundo, vtrum de peccato originali?

Tertio, vtrum de omni actuali commiſſo?

Quarto, vtrum de peccato actuali committendo?

Quinto, vtrum de peccato alieno?

Sexto, vtrum de ſingulis peccatis mortalibus? 4

## ARTIC. I.

### *Vtrum homo debeat conteri de pœnis, & non ſolum de culpa?*

*Tho. vbi ſup. ar. 2. q. 1. & ſeq.*

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd homo
debeat conteri de pœnis, & non ſolum de cul-
pa. Auguſtinus * enim in libro de pœnitentia dicit, ** lib. de pœnit. c. 2 parum à prin. to. 9*

Nemo vitam æternam deſiderat, niſi eum huius mortalis pœniteat. Sed mortalitas vitæ quæ pœna eſt. Ergo debet pœnitens etiam de p conteri.

*†In libro de vera, & falſa pœni. c. 14 ant. med. to. 4. & habetur de pœn. diſ. 5. c. 1 cōſideret. Magiſter 4. ſent. d. 16. §. 2. in med.* *q. præced. ar. 1.*

¶ 2 Præterea, Dicit Magiſter ex verbis † Au quòd pœnitens debet dolere ex hoc, quòd virtu ſe priuauit. Sed priuatio virtutis quædam pœna Ergo contritio eſt dolor etiam de pœnis.

SED contra, Nullus tenet illud, de quo dole pœnitens ſecundum ſuum nomen pœnam tenet go non dolet de pœna: & ſic contritio, quæ eſ lor pœnitentialis, non eſt de pœna.

RESPONDEO dicendum, quòd contritio im tat, vt dictum eſt *, alicuius duri & integri co nutionem. Hæc autem integritas & duritia in tur in malo culpæ: quia voluntas, quæ eſt ipſius ſa in eo, qui male agit, in ſuis terminis ſta præcepto legis cedit. Et ideò huius mali diſpl tia, contritio per ſimilitudinem dicitur. H tem ſimilitudo non poteſt adaptari ad ma pœnæ, quia pœna ſimpliciter dicit diminutio & ideò de malis pœnæ poteſt eſſe dolor, ſed n contritio.

Ad primum ergo dicendum, quòd pœnite ſecundum Auguſtinum, debet eſſe de hac m vita, non ratione ipſius mortalitatis, niſi pœnite large dicatur omnis dolor: ſed ratione peccato ad quæ ex infirmitate huius vitæ deducimur.

Ad ſecundum dicendum, quòd ille dolor, quis dolet de amiſſione virtutis per peccatum, n eſt eſſentialiter ipſa contritio, ſed eſt principi eius. Sicut enim aliquis mouetur ad appetend aliquid propter bonum, quod inde expectat: ita uetur ad dolendum de aliquo propter malum, inde conſequutus eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN